



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

§. 1. De Causa finali studendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

meo iudicio optimus iure merito censetur, quem ipsa studii natura requirit; hic autem ut cognoscatur, notandum est 1. Studium nihil aliud esse, quam veritatis indagatio seu clarius actionem quandam intellectus, quæ tota in veritate apprehendendis, atque ut sunt, cognoscendis occupatur.

III. 2. Notandum est, tū quamvis rem perfectè cognoscere, quādo causæ illius tã intrinsecæ, quàm extrinsecæ cognoscuntur; unde si studii quoque naturam perfectè cognoscere quis velit, non poterit id melius, faciliusque obtinere, quam si causam illius Finale, Efficientem, Materialem, & Formalem indaget; harum quippe accurata cognitio omnesque industriæ eidem suggeret ad Theologiæ & cuiusvis scientiæ studium cum magno fructu peragendum. Quod placet has ipsas causas diversis §§. explicare.

§. I.

De Causa Finali Studii.

I. Pro hac causa cognoscenda supponendum est creatum esse Hominem ad hunc finem, ut Dominum Deum suum laudet, revereatur, & amet, eique serviendo salvas reliquas verò res creatas, eo sine productas esse, ut eandem hominem in fine hoc consequendo juvent.

II. Supponendum 2. nihil esse volitum, nisi præceptum, uti certum in Philosophia axioma habet, atque adeo Deum, ut oportet, amari posse, nisi cognitus sit; cum autem in hac vita Deus ordinariè non nisi obscure, cognosci queat, ideo duplex homini lumen ad hanc cognitionem obtinendam collatum esse, supernaturale videlicet unum (quod aliud est, quàm donum Fidei, per quod Deus ex sua revelatione cognoscitur) alterum naturale, nempe intellectum, cuius auxilio invisibilia Dei, ut loquitur Apostolus ad Rom. I. creatura Mundi per ea, quæ facta sunt, conspiciuntur.

III. Supponendum 3. generalem omnium Scientiarum finem esse, immediatè res creatas, & per has ipsum Conditorum cognoscere; unde scientiæ nihil aliud sunt, quàm habitus quidam intellectus, per quos hic facilitatur ad res creatas clariùs, faciliùsque cognoscendas, ut ex earum cognitione ad Conditorum suum cognoscendum, & amandum

animas exurgat; cum autem habitus ejusmodi non nisi per
sequentes actus acquirantur, hinc Studio seu frequenti
speculatione opus est; ex quo patet, eundem Studii & Scien-
tiarum finem esse.

IV. Ex quibus suppositis facile nunc colligere est,
quod sit causa finalis Studii, nempe immediatum finem
est veritatem rerum; ad hanc quippe cognoscendam totus
labor impenditur, ut res, prout in se sunt, apprehenda-
tur. Unde Aristoteles ait, intellectus nostrum intelligendo o-
mnem fieri, dum scilicet, res omnes quasi ad se trahit, earum-
que in se similitudinem exprimit. Mediarum verò finem
esse, Primarium scilicet, & Secundarium. Prima-
rium est gloria Dei, ad hunc enim finem universa creavit De-
us, ut scilicet à creaturis intellectualibus cognoscat, &
gaudet, in qua cognitione & amore gloria illius consistit.
Secundarius finis est propria cujusque hominis salus; cum
salus & perfectio hominis in amore Dei consistat, cog-
nitio verò Dei ad amorem ducat, merito concluditur, Studii
Scientiarum finem secundarium esse salutem hominis, non
tantum duntaxat, sed alienam etiam, cum is, qui verè amat
alium, etiam ab altero amari cupiat, atque adeò pro viri-
tate laboret, ut cognitionem illius, sine qua amari non potest,
ingeneret.

V. Ex cujus causæ finalis cognitione facile nunc
Theologiae Studiosus sequentia corollaria deducere poterit.
Primum colliget, quantopere necessarium sit, ut bonam,
etiamque intentionem studiorum suorum laboribus præfi-
ciat: nisi enim ad scopum, finemque hætenus ex-
tenderit studia sua dirigat, vanus est omnis ejus conatus uti
salomon Sap. 13, indicavit dicens: *Vani sunt omnes
laboribus, quibus non subest scientia Dei.* Et clarius S. Paulus 1.
Cor. 13, *Si habuero Prophetiam, & noverim mysteria omnia, &
sciam scientiam, caritatem autem non habuero, nihil sum.*

VI. Secundò colliget, quàm magni facere debeat
Theologiae studium; cum enim, ut hætenus ostensum est,
omnes scientiæ ad cognoscendum meliùs Deum ordinentur,
maximè sanctè concluditur, tantò excellentiorem de scientia
quæquam æstimationem concipiendam esse, quantò clario-
rius de eodem Deo cognitionem ingeneraverit, atque adeò

Facologiam, cuius primarius labor est, Deum tum in seipsum
in creaturis suis cognoscere, meritò omnibus aliis scientiis
velut Reginam antefendam esse.

VII. Terriò colliget, quantà alacritate, diligentia
que constantia ad Studium Theologiæ incumbere debeat,
meminerit, triplicem sibi pro hoc studio tam excellentem
nem, nempe majorem Dei gloriam, propriamque, ac Pre-
mi salutem, præfixum esse, si enim Jacobo Patriarchæ, Scri-
ptura teste gen. 29. Septem anni, quos inter molestias & labo-
res gravissimos exegit, videbantur dies pauci præ amoris
gnitudine quo erga Rachelem ferebatur, quàmque laborum
suo lucraturum se sperabat; quantò majori alacritate & per-
tinentia Theologiæ Studiosus suscipere debet septem annis
rum, quos Philosophiæ & Theologiæ impendere debet labo-
res, si recorderetur, se pro mercede & præmio eorundem labo-
rum suorum non solum animam suam, & eorum, quos
cûræ suæ commissos habebit, sed etiam gloriam Dei, ipsa-
que Deitatem infinitas quàmvis corporali pulchritudine pul-
chriores lucraturum, & per totam æternitatem frui-
turum.

§. II.

De Causa Efficiente Studii.

I. Suppono, causam Efficientem aliam esse principalem,
aliam instrumentalem; & illam iterum in magis & minus
principalem item in universalem, & particularem dividere
di; quò suppositò facile patet, causam efficientem universalem
Studii esse ipsum DEUM, utpote qui sicut ad omnes alias
actiones hominis, ita ad studium quoque seu speculationem
rectè immediatè concurrere dicitur. Particularem vero cau-
sam principalem esse ipsum Intellectum hominis, à quo om-
nis cognitio tanquam à principio vitali procedere debet.
Instrumentalem autem causam esse omnia illa, quæ aliquo
modo sive mediatè, sive immediatè ad efficiendam cognitionem
concurrunt; qualia sunt species intellectuales, sensus
externi & interni, voces à Doctoribus prolatae, vel in libris
scriptæ.

II. Ex qua Causæ efficientis intellectione facile in-
rum Theologiæ Studiosus colliget 1. quòd sicut causa in-
strumen-